



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rigor Moderatus Doctrinæ Pontificiæ Circa Usuras A SS.
D. N. Benedicto XIV. Per Epistolam Encyclicam Episcopis
Italiæ Traditus**

Specimina ulteriora exhibens Moderationis Pontificiæ, à P. Concina violatæ

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii, 1751

Approbatio Theologica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63780)

APPROBATIO THEOLOGICA.

Tractatus iste: *Rigor Moderatus Doctrinae Pontificiae circa usuras*, summa industria, & pari felicitate inter tot alia negotia elaboratus, non modò orthodoxae Fidei apprime conformis est, sed morum etiam honestatem egregie promovet, dum humanum genus utilissimis regulis instruit, ex quibus contractus suos, in suspicionem usurae incidentes metantur, ut Justitiam servent exactissime, nec tamen laedant charitatem; sicque via media, nempe beatorum incedant, quam Virtutibus Moralibus propriam & tutissimam Rigor Moderatus ostendit. Omnia in isto Tractatu mira claritate discutiuntur, eximia Doctrinae soliditate firmantur, & amceno eruditionis vastissimae apparatus exornantur, ut jure meritissimo Antiquissima, Catholica & Electoralis Universitas Ingolstadiensis in Eo inveniat Clypeum fortissimum contra calamum aliquem nimis praecipitem, & felle potius, quam atramento tinctum, qui huic Propugnaculo Orthodoxae Fidei, & sanae Doctrinae semper firmissimo sententias usuris faventes allinere non veretur, vanis tantum praesudiciis, non veritate dirigente. Hinc opus hoc omnino dignissimum est, ut ad perennem Clarissimi Authoris famam Orbi literato celebrandam in lucem prodeat, & exteris etiam Nationibus fiat satis, quae post praecedentes hac de materia Tractatus communi applausu probatos, & conceptam de hoc Viro Eruditissimo sublimem aestimationem, laborem hunc, & manum ultimam in ista materia de Usuris exspectarunt avidissime.

Ita censeo

IGNATIUS THIERBECK,
S. J. Theolog. Moral. Professor Or-
dinarius, & Sacrae Facultatis p. t.
Decanus.